

53. & præmissâ in textu Hebr. voce *terre*, subjunctum nomen *cœlorum*, cœlos utiq; non primos, sed secundo die, ulteriore efformatione ex aquâ factos significat:

53. ut respondeat hoc lemma dicto operi tum *Spiritus Dei*, tum *Verbi Dei*.

54. 3. Repetitionibus hisce generalibus operum creatorum, subjungitur *repetitio specialior* 1. de formatione *plantarum*. 2. de formatione *hominis*, 3. de *horto in eden*, hominisq; in illo collocatione.

55. Ita *FEDUS* beneficio primùm obligante atque invitante hominem ad obedientiam *sancitum* fuit:

56. Huic & *præceptum* successit *determinans* ac dirigens obedientiam, de arbore noxiâ.

57. Deniq; & *subsidium* comitans atq; *adjuvans* per institutionem *MATRIMONII*: narrato 1. *consilio Dei* 2. *executione consilii*, per demonstrationem